ergo & hieroboam quasi speculator datus in po
pulo est. & quasi prophaeta cū dō meo. hoc est cū
dō qui haec ose e loquitur. At ille iuxta id quod
supra scriptū est laqueus factus est speculationi.
& rete expansum super thabor. & uictimas decli
nastis in profundum. & iam nunc populi isrł
laqueus appellatur. & quod omnes laqueo eius
corruant. maxime cū insaniam posuerit in do
mo dī. siue confinxerit. id est in bethel uitulū
aureum fecerit. hoc enim interpraetatur domus dī.
& tam profunde in scelere peccauerit. sicq; in
impietatis baratrum sit demersus. ut uincat sce
lus quod quondam gestum est in gabaa quando
uxorem leuitae reuertentis de bethleem inlici
to necauere concubitu; Possumus dies gabaa
& illud tempus accipere. quando pro dō ele
gerunt sibi regem de urbe gabaa. id est saul;
& multo nunc eos dicit maiora peccasse eligen
do hieroboam & adorando idola. quam eo tē
pore quo elegerunt saul; Hic enim scismati
etiam idolatria copulata est. ibi uero dicultus
permansit in populo. ideo recordabitur iniqui
tates eorum. Qui nunc per patientiam putatur
oblitus. & uisitat peccata eorum. & uulnera
quae longo tempore computruerunt; Ut etes
scrutans historias inuenire non possum scidisse
ecclam. & de domo dñi populos reduxisse.
praeter eos qui sacerdotes a dō positi fuerant &
prophaetae. id est speculatores; Isti ergo uertun
tur in laqueum tortuosum in omnibus locis. po
nentes scandalum. ut quicumq; per uias eorū
ingressus fuerit corruat. & in xp̄o stare non possit.
uariisque abducantur erroribus & semitis tor
tuosis ad praecipitia deferatur; Hi sunt specu
latores ephraim qui insaniam in domo dñi con
fixerunt. hoc est in eccła. siue in scripturis scīs.
peruerse eas interp̄tantes. uel certe in uno quo
q; credentium. quae domus dī rectissime nomi
natur. propterea corrupti sunt & interierunt
iuxta dies collis quando iniquitatem in excelso
locuti sunt. & ascenderunt in tecta uana; Re
cordabitur dš iniquitatis eorum per quam
inique gesserunt in proximum. educentes eum
de ecclesia. & uisitabit peccata eorū. quibus
in suas animas peccauerunt. Hoc est quod in
psalmo legimus. iuxta semitam scandalum
posuerunt. Nisi enim quis dī uiderit semitā.
id est xp̄i nomen audierit. non ingreditur p eā;
Idcirco & heretici sub nomine xp̄i. iuxta se
mitam posuerunt laqueos. ut qui in xp̄o cal
care se credit de quo legimus. quod ipse sit uia.
calcet & in eorum laqueis qui insaniam in do
mo dñi confixerunt.

Quasi uuam in deserto inueni isrł quasi pri
ma poma ficulneae in cacumine eius uidi pa
tres eorum. Ipsi autem intrauerunt ad beel
phegor. & ab alienati sunt in confusione
& facti sunt abominabiles sicut ea quae dilexerunt;
LXX. Sicut uua in deserto inueni isrł. & si
cut ficum in arborem sicut temporanea uidi
patres eorum. Ipsi autem ingressi sunt ad beel
phegor. & abalienati sunt in confusionem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0083